



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Liber Officialis Seu Agendorum Pastoralium S. Trevirensis Ecclesiae

Johann Hugo <Trier, Erzbischof>

Mogvntiae, 1688

Benedictio herbarum, in festo Assumpt. B.V.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75322](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-75322)

Benedictio herbarum, in Assumpt. B. M. V. 265

tuos: ut defendant segetes nostras à vermibus malis, & ab avibus: ut magnificetur nomen tuum Deus in omni loco. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritûs sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorum.

R. Amen.

Deinde Sacerdos circumbeat agros vel partem eorum & aspergat aquâ benedictâ, dicatque tandem:

Et benedictio Dei omnipotentis Pa **tris,**
& **Fi** **lii,** & **Spiritûs** **sancti** descendat, & maneat super has fruges.

R. Amen.

premittit benedict. cœlis frugum in Ag. p.

BENEDICTIO HERBARUM IN FESTO ASSUMPTIONIS B. MARIE VIRGINIS. *Ex Agenda p. 1.*

Sacerdos ante summum sacrum benedicit eas.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cœlum & terram.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Domine sancte Pater omnipotens, qui ab
L I **initio**

initio fecisti hominem ad imaginem tuam, & condidisti coelum & terram, solem & lunam, stellas & omnia coelestia & terrestria: tu Domine dominaris potestati maris, tu habes potestatem abyssi magnæ, tu condidisti omnia elementa; tu bene **✠** dicere & sancti **✠** ficare digneris, has creaturas herbarum, sicut benedixisti quinque panes in deserto, & duos pisces: & satiaisti quinque millia hominum virorum; omnesque, qui utuntur eis bene **✠** dicere, & sancti **✠** ficare dignare: ut eis sit sanitas animæ & corporis in nomine Pa **✠** tris, & Fi **✠** lii, & Spiritûs **✠** sancti. Et ab omnibus hominibus pecoribusque, qui ex hoc gustaverint, omnem putredinem & omne phantasma diaboli amovere: & omnem morbum, & pestilentiam, ac dolorem expellere digneris. Qui in Trinitate perfecta, vivis & regnas Deus, Per omnia sæcula sæculorum.

R. Amen.

Oremus.

Suppliciter sancte pater, atque obnixis precibus tuam deprecamur clementiam, & qui mirabiliter cuncta ex nihilo creasti, qui terram diversa proferre germina præcepisti, & varia medicamentorum genera ad sananda generis humani corpora herbis indidisti: bene-
✠ dice-

Benedictio herbarum, in Assumpt. B. M. V. 267

Bedicere & sancti **B**ficare has diversi generis herbas, tuâ pietate digneris: ut quicumque ex eis in hac solennitate venerabilis, ac sanctæ Dei Genitricis Mariæ sumpturi sunt, tam animæ quàm corporis sanitatem percipiant. Et intercedente eâdem B. Mariâ semper Vrgine, sic earum usu jucundentur salubriter, quatenus in tuorum unguentorum odore, paradisi januas adire mereantur, præstante Domino Deo nostro Jesu Christo. Qui tecum vivit & regnat Deus, per omnia sæcula sæculorum.

R. Amen.

Oremus.

Deus qui universis generibus herbarum, humanis necessitatibus præstitisti remedia, hanc herbarum collectionem tuæ miserationis benedic **B** dexterâ: ut quisque languore depressus, ex eis aliquid gustaverit, Ecclesiæ tuæ sanctæ repræsentatus, optatæ munus salutis te donante percipiat. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit &c

R. Amen.

Responsorium.

Quod, ubi chorus servatur, ab eodem canitur:

L1 2

Vidi



Vidi speciosam, sicut columbam, ascen-




dentem desuper rivos aquarum, cuius in-



æstimabilis odor erat nimis in vesti-



mentis eius. **Et** sicut dies verni cir-



cumdabant eam flores rosarum, & li-



li a convalli um. **Versus.** Quæ est is-



ta, quæ ascendit per desertum, sicut virgula



fumi ex aromatibus Myr rhæ &



thuris. **Et** sicut &c.

v. Ora

V. Ora pro nobis sancta Dei Genitrix.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

Veneranda nobis hujus diei festivitas opem conferat sempiternam, in qua sancta Dei Genitrix mortem subiit temporalem, nec tamen mortis nexibus deprimi potuit, quæ Filium tuum Dominum nostrum de se genuit incarnatum. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorum.

R. Amen.

Deinde herbæ thurificentur, & aquâ benedictâ aspergantur.

BENEDICTIO VINI, IN FESTO S. JOANNIS EVANGEL.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit coelum & terram.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum Spiritu tuo.

Initium sancti Evangelii secundum Joannem.

R. Gloria tibi Domine.

In principio erat Verbum. &c. pag. 29.

Sequentia S. Evangelii secundum Joannem.

R. Gloria tibi Domine.

*Ag. pnd.
ex qua præmittitur
bened: mandelam ordm di
em Purificatis B.V.*